



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Epitaphium Reverendissimi, Illustrissimi Ac Amplissimi
Domini, Domini Georgii Sigefridi Collegiatæ Ecclesiæ
Canon. Regul. In Stainz Præpositi, S.C.M. Consiliarij, &c.**

Abraham <a Sancta Clara>

[Salzburg], 1688

urn:nbn:de:hbz:466:1-36459

36

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

1410 My

EPITAPHIUM
REVERENDISSIMI, ILLUSTRISSEMI
AC AMPLISSIMI
DOMINI, DOMINI
G E O R G I I
SIGEFRIDI
COLLEGIATÆ ECCLESIAE CANON.
REGUL. IN STAINZ PRÆPOSITI,
S. C. M. CONSILIARIJ, &c.

Qui pië in Domino obijt Græcij, ANNO M. DC. LXXXIII. Die 7. Julij.

EN VIATOR!



Um bella flagrant Pacem quæsivit,
Dum castra tonant, Astra petijt,
Dum cuncti vigilant obdormi vit
in Domino.

Quis?

Reverendissimus & Amplissimus Præful,
Amatissimus & Amantissimus Antistes
Stainzensis

Georgius Sigefridus :*
Cujus Exuviae hic jacent,
aut gloriæ ejus haud crede sepultam.

* Ex Illustrissi-
ma Baronum
Jöchlenger Fa-
milia.

Jacet hic,

Qui in via peccatorum non stetit,

Jacet hic,

Qui semper ambulabat in Lege Domini.

Jacet hic,

Qui in Catbeadra Pestilentie non sedit.

Vir

630

Vir sanē non à Viribus,
Quibus caruit,
Sed à Virtutibus
Quibus claruit,
Nominatissimus,

Fulgorem Prosapiæ Virtutum Nobilitate

Ita congregeminavit,

Ut primis Vitæ Annis in Scientia
ac Conscientia nulli extiterit secundus.

Postquam multas Orbis partes peragravit,
agnovit,

Quod in Orbem vertatur Orbis,

Quod mundus sit in Maligno seu

In Malo igne positus.

Hinc ingenuo instinctu, ingenitum sibi Votum
statuit, servire Deo, servare animam.

Factus igitur Sigefridus, qui Pacis nomen gerebat
in nomine, Miles Christi.

Factus inquam Canonicus, sed fermè Canonizandus,
Nam integer vitae, scelerisque purus

Ita vixit,

Ut probatus in omnibus, Probus in singulis,
Ubivis, cuvis,

Specimen dederit Pietatis.

Decuit ergo, ut hicce virtutum Candidatus

Dominicā in Albis ad Album

Scriptus sit Antistitum,

Quem nemo unquam nigro notavit calculo.

Præsul iste non tam Electus, quam Dilectus,

tot annis profuit,

quot annis præfuit.

semper ferreus erga se,

temper aureus erga alios,

Parens alijs,

Vitricus sibi.

Duro

Duro tot annis stramine , pro Lecto usus est ;
molles respuendo plumas ,
Felicius forsan sine his volaturus
ad Astra .
Caro ei chara non fuit ,
Quam diurnis æquè ac diurnis
Spontè affixerat crucitatibus ;
Fors bene perpendit , quod ,
E terris non sit , mollis ad Astra via .
Sanctor semper vixit , quam sanior ,
Hinc multis annis æger , attamen nil tulit ægre ,
Mirabantur medici ,
Quod Patientem tam patientem sint sortiti ,
Qui tantum gloriabatur in Cruce Domini ,
& se Cruciferum pro ditissimo reputabat .
Durus Nemini fuit , nisi Templo ,
Cui revera Saxeum se ostenderat ,
Nam Ædem sacram novis instauravit muris & lapidibus ,
Est ne hoc dilapidare pecuniam ?
Binas huic Basilicæ adjunxit turres ,
Non tam munificè , quam magnificè
In sublime eratas ,
In hoc arguitur ,
Quod voluerit altum sapere ;
Sed non sine gloria ,
Quam si tacerent Homines ,
Non silerent aëra clangentia ,
Ope & opera tanti Præsulis suspensa
Et ecce !
Cecidit hicce Pientissimus Præsul ,
Qui muros & mores cadere non admisit :
sic verè non fermè
Omnes sumus ignavi Grammatici ,
qui hunc casum declinare
non scimus .

Ast vos ô Domini Canonici !
Quod si Celissimus Archi Præfus Salisburgensis
Quæsierit, ubi vester sit Præpositus ?
Dicite, eum ivisse solis - burgum,
Quo mense ?
In Julio, tempore messis ab Invida mortis
Falce fuisse defalcatum, dicite.
quâ die ?
yma hujus, ut in cælis inveniret &
videlicet Beatitudines.
quâ Horâ ?
Decimâ, nam qui temper in Cruce vixit,
In X pariter mori voluit,
Odura mors !
Dura certè, quia ossea,
Tu nobis rapuisti eum ,
& sub hoc Lapide condidisti,
Qui lapis erat Angularis
Collegiatæ Ecclesiæ Stainzensis :
Tu extinxisti eum ,
Qui fuit Lumen Regularium :
Siccine Paræ nemini parcunt ?
sed quid lugemus ?
Ille Tartaros effugit & Tartara
Nos adhuc periclitamur ,
Ille requiescit in Pace ,
Nos bello obruiamur ,
Ille jacet in Tumulo ,
Nos autem in tumultu ;
Verus Sigefridus , qui mortem
maluit subire, quam Martem.

Obtulit Fr. ABRAHAM.

EPL

